

1968

Ill/me et Rev/me Domine.

Meminit credo Ill/ma et R/ma D.V. me ei ante duos annos, ex desiderio superiorum ordinis S/ti Francisci in hac quam S/ti Andreae vocant Provincia, commendasse, eis ut auctoritate pontificia liceret Recollectos seu Reformatos ejusdem Ordinis in Conventum civitatis hujus Insulensis inducere. Sed cum inconsulto Procuratore Ordinis, nihil impetrandum fore diceret tam Ill/ma et R/ma D.V. quam Ill/mus et R/mus Cardinalis Veralo, Ordinis eo tempore Vice Protector, illeque consultus non probaret, ulterius in
10 negotio progressum non est. Verum cum Patres hi videant fore id ad Dei gloriam, Ordinis bonum et ad majorem civitatis aedificationem, pium hoc desiderium hactenus non deponunt, imo explendum omnino confidunt, si tantum dignetur Ill/ma et R/ma D.V. R/do P. Andreae a Soto, Ordinis per Belgium Commissario, Bruxellis agenti
15 (in cujus potestate id esse aiunt) negotium commendare. Quod si eadem D.V. Ill/ma et R/ma ad eundem effectum etiam commendatitias ab Ill/mo et R/mo D/no Protectore impetrare dignetur, de successu non dubitatur. Hoc tanquam Dei opus et Ecclesiae utile commendandum suscepi, quod hisce facio, qua decet reverentia et demissione.
20 ne. Deus Opt. Max. Ill/mam et R/mam D.V. Ecclesiae suae quam diutissime incolumem conservare dignetur. Insulis 30 Jan. 1618.

Ill/mae et R/mae D.V.

Indignus in X^o servus

Joan. Herennius.

25 Ill/mo ac Rev/mo Dño D. Cardinali Bellarmino Dño in Chro observandissimo (cachet du prov. de Belg.)
Romae.

cf 1985